

matur. Mascard. *Vol. 2. Concl. 820. num. 15. pag. 500.* Boër. *Decis. 215. num. 33^o pag. 407.* Gilhauf. *lib. 2. c. 6. part. 6. num. 33, 34. pag. 360. arbor. Crimin.* Farin. *l. 1. tit. 5. quest. 48. num. 27. pag. 749 Oper. Criminal.* Cothman. *Vol. 1. Resp. 12. num. 190. & seqq.* Excipitur tamen, si quis jam tum accusatus vel inquisitus aufugiat, quia tum potius metu vexationis & carceris, quam ex conscientia delicti aufugisse videtur. Vide Gail. *Observ. 109. num. 7. p. 501.* Socin. *Regul. 206. pag. 262.* Mynsing. *Cent. 6. Observ. 98. num. 2. pag. 652.* (4.) Si judicialiter citatus non revertatur, sed emaneat, & se in bannum declarari patiatur, Farin. *l. 1. tit. 5. quest. 48. num. 10. pag. 748. Oper. Crimin.* aliud tamen est, si citatus revertatur, & se sistat Judicio. Jul. Clar. *Lib. 5. Sentent. §. final. quest. 21. num. 24. pag. 524.* tum enim fuga præcedens nullum contra fugientem facit indicium. (5) Siquis effracto carcere aufugiat: Fuga siquidem cum effractione magnum ad torturam præbet indicium; cum primis si fuga facta fuerit cum conspiratione. Menoch. *l. 1. quest. 89. num. 45. p. 111. de Presumpt.* Boër. *Dec. 215. num. 30. p. 407.* Zanger. *c. 2. de Tort. num. 93. 94. p. 805.* Socin. *reg. 206. in fallentia 3. p. 163.* nisi forteam quis ostiò ab aliis apertò, sed animò redeundi discesserit: tum enim cessat tortura. Menoch. *d. quest. 89. num. 43. fol. 117.* vel etiam si injustè incarceratus ad superiorem Magistratum, Principem scilicet se velit conferre, & de injusta incarceratione apud eum conqueri. Masc. *Vol. 2. Concl. 821. p. 450. & seqq.* quoniam fuga ad Principem, habet vim appellationis. Mantz. *ad h. art. num. 59. p. 120.* Unò verbò, quacunque demum ratione probabili excusari poterit fuga, non facit indicium ad torturam.

ARTIC. XXVI.

De octavo & ultimo indicio communi.

Vom achten gemeinen Argwohn.

S einer mit den andern um groß Gut rechtet/ das darzu der Mehrertheil seiner Nahrung / Haab und Vermögens antrifft / der wird für einen Mißgönner/und großen Feind seines Widertheils geacht. Darum/so der Widertheil/heimlich ermordet wird/ist ein Vermuthung wider diesen Theil/das er solchen Mord gethan hab / und wo sonst die Person ihres Wesens verdächtlich wäre/ das er den Mord gethan hab / die maan man / wo er derhalb nicht redliche Entschuldigung hätt/ gefänglich annehmen/ und peinlich fragen.